



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Nilvs Abbas. 26. Septembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

visus per somnum ipse CHRISTVS impulit. Itaque brevi post mortuus pater viam in acceptis filie tulit. Cæterum fuit e Pernaso nescio quis Aglaius, qui oblitus virgines esse, quas colebat, Musas, impuris amoibus extremum IUSTINAM deperibat. Sed Palladem scilicet castitatis ægide contra omnes preces & minas armatam reperit. Itur ergo ad CYPRIANVM nobilem tunc cum primis magum, & orco omnes amores contra IUSTINAM evocatur. Sed omnes faces incestæ, omnia tela unico crucis clypeo repelluntur, & totus Cupidinum exercitus ab unicâ fugatur Dianâ. Enim vero irasci hic arti suæ, sed multò magis artis magistri cacodæmoni CYPRIANVS: & quia hic victimum palam se facebatur, nuntium illi mittere, jamque libros & in libris Venerem Vulcano dare, ipse Christo & IUSTINÆ adhædere. Cum hac in exilium, in carcerem, in equuleum, in bullentes à flammis sartagines, ad palum denique & secures ivit. Itaque quando hodie virginis IUSTINÆ vitum magnum CYPRIANVM, hoc est oviculae lumen, junximus, an non aurea secula reduximus?

Ex Lippeloo.

Illum amemus, quem amare debitum est, illum osculemur, quem osculari castitas est: illi copulemur, cui nupsisse virginitas est: illi subjiciamur, sub quo jacere supra mundum stare est: illi comortiamur, in quo vita est. S. Paulin. ep. 4.

S. NILVS ABBA S. 26. Septembri.

O ptimè omnium post conjugis mortem vidua vitam NILVS egit, quando solus jam in locis solis egit. Sed quid dico solus, quando exempli socios complures, & Cryptæ Ferratae Abbas im-

imperium in Magnates, & adeò Imperatores & Pontifices habuit? Nam, ut alios taceam, Eu-  
praxium Imperatoria præfectura superbum mo-  
bo curavit, & inter monachos adscriptum monte  
paulo post felici beavit. Alios viros Principes,  
quod inventum monachi cucullum riderent, gra-  
viter objurgavit, edixitque id fore, quod factum  
mox est, ut seriò hunc, sed sero ante mortem esset  
petituri. Ipsum Ioannem XVI. Pont. & Othonem  
Imp. censoriā virgā notavit. Et ille quidem cum  
videre errorem suum nollet, oculos amittit; hic  
pœnitentiā ductus patrem sensit B. NILVM, & ma-  
nus hujus, in quas ille coronam unaquæ se & sua  
tradiderat, benè precantes habuit. Quidvis etiam  
Otho promittens, si peteret modò NILVS, illud  
audivit, nihil nisi animum Imperatoris ex toto  
imperio se petere, memor esset, quos orbis nunc  
adoraret fasces. Dictatori olim supremo submit-  
tendos. Hoc Principibus, illud omnibus omnino  
proderit. Invisere ad NILVM viri è primâ nobili-  
tate iidemque literati. Sed ille inanes disputan-  
tium argutias exosus, thesin legi iussit inexpecta-  
tam, Simeonis Eremicola inquam visum, quo vir  
decimum quemque mortalium cælo afferendum  
affirmabatur. Cohorruere ad hæc omnium animi  
tunc. At nostri philosophi Heracliti omnes sum-  
xident, nescio an tam feliciter decimandi. Ex Baro,  
tom. 10.

Si quem videris superbiā tumidum, habitu foli-  
didum, & comitantium catervā reliquos prementem  
illi ne invideas, neque perturberis, sed fortis ac tem-  
rans esto, & cum paulo post extinctum afficies; si  
enim illi perpetuo florent, qui Dei obtemperant ve-  
luntati. S. Ephr. in Vit. rect. rat.

S. CAL.